

HEINRICVS VVOLFF PRAESVL MONASTERIENSIS.



Heinricus Vuolff à teneris annis operam lite
ris dedit, & in uirum doctissimum euasit. I-
tacq; primò parochus in Hertfelden electus fuit.
eām functionem cum optimè administraret, Mo-
nasteriensis Ecclesiae scholaisticus, & postea quo-
quæ præpositus efficitur. In ea dignitate sese pie-
tate & eruditioē talem præsttit, ut etiam post Po-
tonem Boemum Episcopus eius loci creareb^t. Eo
autem tempore Monasteriensis Ecclesia à multis ui-
lipendebatur, ita ut antistites s^aepius inde ad alios
Episcopatus, p^otificis opera, trāsferrerentur. Ve-
rūm Heinricus cum Apostolicam confirmationē
imperasset, suam diocœsim magna prudentia ad
ministravit, atq; uarias difficultates fortiter ab aduersarijs ferendo superauit.
Sicq; factum ut suum Episcopatum plurimū auxerit, atq; multa loca prius
ab alienata receperit. idq; circa annum Christi 1400. Tandem uero hydropis
morbo uictus magno omnium luctu succubuit.